



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**


**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

*Ægidius Cardinalis Pierio Valeriano Suo S.P.D.*

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

cipue delectus es, cuius nominis lucubrationum huiusmodi partem nuncuparem. Quod si meum hoc institutum non aspernatus fueris, fac ex te sciam, quod precipue animal tibi velis inscribi. Putes vero inuicatum te ad Corytianas cenat, in quibus discumbent tecum Bembus, Sadolethus, Sanazarius, & plerique alii, quos à te summo opere diligi, & à quibus te plurimi fieri non ignoro: ubi tamen id tantum honoris causa orationem tibi habendum sit, ut ejus animalis, quod tibi apponi iusseris, ferculum accipias. Obsecro vero, pro summo meo erga te cultu & incomparabili observantia, ne aliter huc descendere dedigneris, quam vocatus olim ad Elegiacam Amorum meorum cenam conferre te non erubueris, & meam hanc qualitercumque grati animi declarationem eo vultu suscipias, quo me ad exhibendum huiusmodi munus totiens accendere consueisti.

ÆGIDIUS CARDINALIS  
PIERIO VALERIANO  
S. U. O. S. P. D.

uantum me commoverint literæ tuæ, suavissime mortalium Pieri, ut sine incredibile voluptate cogitare, ita verbis satis assequi nunquam possem. Nam tametsi antiqua illa amicitia nostris, & omnia quæ ab amicissimo expectari possunt, ab humanissimo isto ingenio tuo mihi expectanda, si pollicebatur, non erit tamen ut unquam aut precipue hoc tempore, divinis illis tuis lucubrationibus, tot huius ætatis luminibus, posse me hominem admodum tenuem & obscurum inscribere sperare audeam. Sed ut nihil infelicius quam in mala ingenia incidere, ita nihil felicius, quam in bona. Mentis enim istius bonitas fecit, ut nec huius temporis absentia diuturna obsuerit, nec mea superiorum temporum negligentia, nec culpam forte aptius dixerim, & peccatum. Dicis enim, cum labores rebus parum secundis, minus arridente fortuna; præsepe te à me fuisse in bonam spem erectum & ad melius sperandum confirmatum. Dispere a, si quid unquam occurrit mihi in universa vita, unde plus angar, erubescam, doleam, quam quod solis verbis isto tunc officio functus sum, cuius ego rei cum recordor (recordor autem frequentissimum) modo facti, aut infelici potius me pœniteat, verum etiam mei supra quam cogitare quis posset, & piger, & pœdet. Quod vero & boni consulueris, & bene merentissimis istis clarissimisque viris annumerari me statueris, facis, ut cum jure illi quidem hæc à te recipiant, unus ego, cui nullo ista jure tribuantur, gravissimo obstringar ere alieno, quo quidem non sum in contrahendo promptior, quam futurus sim, si unquam dabitur, in solvendo. Animal mihi peculiare est canis ineptum Ciconia, ubiq; non obscurum exemplum pietatis, non ab Aristotele & sensilium studiosis modo memorie proditum, verum à Theologia arcana Hebræorum tum cultu, tum diviniis honoribus venerata. In arcanis enim eum habet locum ea avis, ut nihil possit aut reperiri sacratius, aut divinis excogitari. Poteris, si videbitur, avem ut in hominibus pascendis ineptam, ita in alendis parentibus laudatam commendare. Quod si id minus ad rem, quam tibi proposuisti facis, dicitur posset, quando Ciconiam ad dapes ferre non est, Columbam similem afferi licere. Sed jam Suis non ulterius Minervam. Ego non ad Corytianas cenat, ubi quandoq; quasi digladiatum pugna plus quam Centiare a sed velut in arcanum Corytium specum, qui, ut Pomponii verbis utar, mirificus & pulcher, ac paulo post totus augustus & fere sacer, habitariq; à Diis & dignus & creditus. Nam si datores eorum Diis, quis neget antrum Musæ tuæ à Diis inhabitari, qui eodem tempore Ægypti gloriam instauras, quo Turca evertit simulq; illa sensit inde malum demonem militiam delentem, tyrannide prementem, signa, statuas, marmora, & quicquid antiqui splendoris erat, diripientem. Hinc te Diis comitibus non camenta, non saxa, non vanas pyramides, sed sapientia veteris, sed divina eruditionis, sed arcanarum sacrarumq; literarum sepulta monumenta reponere, ignota mortalibus arcana instaurare, lucem canæ doctrinæ, quam à Græcis abesse audivit Solon, post tot secula ab inferis revocare. O felicem Ægyptum: longe quidem illa felicior à te facta est cum cecidit, quam cum staret: illa enim humi sita à Selymo Turcarum principe occupari potuit: hæc, ut sapiens Ciconia altum in calo nidum struens, in ævum tuta vivet sempiternum. Vale. Roma M. D. XXV. VII. Id. Aprilis.

JOAN.